

Zd
5006 6





Z d
5006
h

NUPTIIS

VIRI

Præstantissimi, Fortissimi, & doctissimi

DN. WOLFFGANGI RASPEN,

Uti domi arte, ita militiae Clarissimi Marte

SPONSI,

Cum

Lectissima ac Pudicissima Virgine

ANNA BARBARA,

Viri optimi, & Integerrimi

DN. HIERONYMI Goths / Civis quondam Num-

burgensis Primarii, relicta Filiâ,

SPONSA,

Numburgi feliciter celebrandis

die 7. Februar.

gratulatur

Affinis & Amicus.

J E N Æ

TYPIS ERNESTI STEINMANNI.

ANNO M DC XLIII

1918 P 152

Adproperate citi; nam RASPILLIS ardet AMORE,
 Virgineaq; suam comprimit ille genam.
 Adproperate citi; nam Rapius urit AMORE
 SPONSAM, & furtivis basiolis fruitur.
 Adproperate citi; nam RASPILLIS ultor AMORIS
 Increditur thalamos non sine laude novos.
 Arsit hic, ut ars sit rapidas extingvere flammis:
 Verum habet haec medicas optima Sponsa manus.
 Quaeis quid contrectat, valet, & velut ignis, in altum
 Erigitur, vegetus concipiturq; vigor.
 RASPILLIS ARDEBIT, quando nox alta sub uno
 Tegmine conjunget pectus utrumq;. Bene!
 Sic nam RASPIOLOS plures CALOR iste reducet,
 LOTHIOLASq; dabit TURGIDA - saepe parens.

Jambisch Sonnet.

Serr Raspe brennet nun/ Er brennet liechter-lohe:
 Die Flamen schlagen auff/ doch sonder allen Rauch/
 Gleich wie ein Feuer thut in dem Wacholder-
 Strauch/

Vnd wenn es lodert auff in außgedörtem Strohe:
 Doch ist er in der Glut vnd in dem Feuer frohe:
 In Hitze munter seyn/das bleibet seyn Gebrauch/
 Er gehet frisch hinan/ nicht wie ein fauler Schmauch:
 Kein Arbeit/ keine Müß' vnd keinen Schweiß er flohe/
 Bis er nach seinem Wundsch' in seiner liebsten Schooß
 Schlieff sanffte/Sorgen-frey vñ alles Trawrens looß/
 Herr Raspe/nun Glück zu! Wer wolt' es euch nicht gönnen?
 Die Venus will euch wol! Mars giebt euch Spieß vnd
 Schild/

Mercurius die Kunst/ die Zanck vnd Hader stillt/
 Ihr müßt es trefflich wol mit diesen Göttern können.

Christophorus Lange J. U. D.
 Illustris. Ducum Saxoniae Curiae
 Provincialis Advocatus & Reip:
 Patriae Consul.

Non



Non semper nebulis tumescit aër,
 Informi glaci nec æquor ingens
 Armatur: nive liberantur auræ
 Interdum, facie serenioræ
 Splendescit nemus atq; aprica rura,
 Non semper premimur truci procellâ,
 Sed claram medio reducit axe
 Phæbus lampada nubibus fugatis,
 Et sol candidior micante crescit
 Vultu. Sic cytharam tacente plectro
 Amphion removet, vetatq; tangi.
 Imberbis cecinisse sic Agycus
 Desuescit fidibus, capitq; tela.

Sic promit Paphius puer sagittas
 Iratus quatiens acum pharetræ
 Nubentumq; jecur libidinosum
 Figit cuspide dupliciq; ferro:
 Hunc plumbo feriens sed aureo illum,
WOLFFGANGUM terebrans & auro & ostro,
 Atq; **ANNAM** terebrans & ostro & auro.
 Hinc aptusq; joco, focoq; sponsus,
 Atq; hinc Nupta joco, foco haud inepta est.
 Et quæ te refugit, cupit capitq;,
 Et quam tu refugis, cupis capisq;,
 Neuter sic cupiens fugit, fugatur.

O quot millia hila lecto in illo
 Electo capies citus labellis,
 Si libando animam bibes amoris
 Heminam, Veneris liquore tinctam.
 Si libando bibis, bibendo libas
 Quintam Nectareo cruore partem!
 Sic sic mella legis, modisq; bella.

Et

Et quæris modiis tot, incruenta,
Sic collo labium, labroq; collum
Par est jungere, & insuëta collo
obducto juga traxe firma collo.

Prodest invigilasse sic libellis,
Et fecisse pericla Marte & arte,
Sicut tu studiis es immoratus
Atq; immortuus & domi & duelli.
Nunc accingeris ad duella, Raspi,
Bellæ militiæ sed incruentæ,
Et dexter thalamum subis petitum.

Ab sit bilis ab hoc toro & cubili,
Non obsint mala, sic vovebo, malis.
Vestrum conjugium DEUS secundet,
Et castæ benedicat ille Costæ,
Ut sponso Neonympha sit superstes,
Et sponsæ Neonymphe sis superstes.

Ita vovet & precatur

M. Joachimus Cnape
Brandeburgo-Marchicus
Rector Sch. Vinar.



Don. Z d 5006 1/2

1077 RK

Pon Zed 50065/1, 24
f

ULB Halle 3
003 570 258





NUPTIIS
 VIRI
Præstantissimi, Fortissimi, &
 DN. WOLFFGANGI
 Uti domi arte, ita militiæ Cl
 SPONSI,
 Cum
Leetissima ac Pudicissima
 ANNA BARB
Viri optimi, & Integerr
 DN. HIERONYMI Goths/Civis
 burgensis Primarii, relict
 SPONSA,
Numburgi feliciter cele
die 7. Februar.
 gratulatur
 Affinis & Amicu

J E N Æ
 TYPIS ERNESTI STE
 ANNO M DC XLI

1918 P 15

